Handschrift

Seite 17r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8296
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ptem costar et sup furculam tendit fiat mi^co ex basilica
eius ptis in qua est dolor nisi totum corpus multo sanguine repletum
fuit tunc enim ex latere contrario sanguis detractio fiat. Egritudo
quoque si iam per aliquot dies a sui principio investaverit egre flobotomia
sic a parte dolente facienda est. Quod si dolor inferius ad partem
costarum tendit venter ex decoctione quam in capitulo de reumatismo
de scripsimus est solvendus melius tamen est ut flobotomia fiat deinde
aqua ordei cum zuccaro assidue tribuatur. Et si videris tussim eius
vehementer siccitatem da ei in diluculo omni die iulep. Deinde da
ei in potu aquam ordei. Et si egri fuerit debilis nutriatur cum
pane et zuccaro. Si autem fortis fuerit aqua ordei usque ad quartam
diem sufficiat. Cumque streare incipiet de coctione quam in capitulo
de reumatismo nominavimus cotidie sumat antequam ordei sumat donec
sanatur. Si autem febris et acuitas perseveret et egri difficultatem
in exstreatione patiatur detur de coctione quam in capitulo de asmato
nominavimus. Quod similiter faciendum cum samei fit exstreatio. Et
si in principio passionis quod extrahitur nigrum aut citrinum valde ap
paret et sic permanserit et non quieverit febris neque calor usque
ad diem septimum timorosum est. Et si cum hoc ex toto aeris attractione
non allevietur et in pectore fuerit oregnon aut in maxillis rubedo et in
oculis labor est morti propinquus. Cum autem ex in latere apparuerit
rubedo aut a posteriori et cum premitur locus dolet ponatur desuper
ventosa aut emplastrum ex sinapi et ficubus et dittatur ibi donec
locus ulceretur. De hiis vero que ex errore stolidorum ad augmentum
nocumenti accidunt hac egritudinem patientibus est quod cum dolor sentitur
In principio sub costis estimant fore grossa ventositatem quoque electuarium
dyamus aut eius similia egro tribuunt. Cumque non interficiunt hec passio
vocabitur birsen cuius causa est apostema quod oritur inferius in costis
ypocondriorum. Que vero in cerebro oritur vocatur birsen i. frenesis.

De Peripleumonia

Cum homini supervenerit febris et in anhelitu
tantam patitur constrictionem ut se prefocari
putet et in maxillas ita vehemens fit rubedo ut tunc vide
antur. Et anterior pars pectoris dolet et tussis adest. Et